

Cū nihil uideā tā esse nobis nostrisq; pfuturum q̄ gratiā
inter nos cōciliationē: quāro abs te ut ei studeamus.
Si nō neglexeris nostrā cōciliationem gratiā: nec inutile
tibi fuerit: nec incōmodum mihi.

Titulus. lxxiiij.

Ad reconciliandā gratiā familiaris.

Tantū esse debet (ut **Plato** admonuit) beniuolētīā cōpo
nendā uinculū: ut q̄q; post conciliatā gratiā interuenerint
odia: recōcilianda nō neget. Id ut in plārisq; nationib⁹ ui/
dimus obseruatum: in **Romanis** tamē imprimis aduersus
Cartaginē: quæ & si fœdifraga fuit ac fidifraga: rursus ac
iterū impetrauit tertium usq; gratiā recōciliandæ mun⁹.
Fuere post conciliatā inter nos gratiā: uel tua uel nostra
causa suspitiones & simultates: **Reconciliem⁹** eā te rogo:
curemusq; ne quid in posterū odij possit intercurrere. **Ex**
Mediolano. x. kalēdas Quintilis.

Ad reconciliandā gratiā familiarissima.

Deleamus e nostris (si libet) mentibus inimicitiarū pristi/
narū nouissimorūq; causas odiorū: & inter nos gratiā re/
conciliemus: cum minus sit turpe iudicandum: si totiens
beniuolētīā cōtraxerimus pacta: q̄ si maluerimus in iniu/
rijs ptinactus eē diuturni. **Inimicitijs** em̄ interest dāmon:
reconciliandæ gratiæ deus ipse. **Hoc** me perpetuo serua/
turum promitto: **T**e autē spero nō negaturū. **Ex Medio/
lano. ix. kalendas Quintilis.**

Ad reconciliandā gratiā **Grauis.**

Et si legē illud historiæ ueteris: **Inimico** reconciliato non
confidas in aeternum: sic tñ intelligendū **Augustin⁹** inter/
pretatur: eum qui recōciliatus est: esse rursus inimicū: qui
inimicitias ut falleret: dissimulasset: & gratiā cōciliationē
simulasset. **At** ego diligentius illud **Homeri** mecū animo
uoluens: qđ ab inimicis potius amor est quærendus q̄ ab
amicis odium: nihil magis appetij q̄ ut perpetuo iungere/
mur amicitīæ perfectæ uinculo: quod si quādo dissurū est
magis q̄ uel laceratū: uel discissum: uel cui⁹ causa factū sit:

Augustin⁹

Homerus

omnes scimus. **M**ea certe culpa nihil omissum est: quod ad
 æternæ beniuolentiæ pietatisque cōseruationē pertineret.
Haud ignoscant illis dii boni: qui delationibus falsis: susur-
 rationibus murmurationibusque finxerūt odiorū inter nos
 causas: ut utrosque suo nutu regerēt atque gubernarent. **S**ed
 de me certe decepti sunt. **N**am nunquā apud me ualuit tale
 abiectissimoꝝ seruorum genus: nec tam mihi potuerunt
 unquā in te dicere quicquid alperum: ut aut fidē mihi fecerint:
 aut mentē perturbarint. **T**andem acta sunt (ut homines so-
 lent: alij creduli: alij coacti) & transacta plurima. **E**a infecta
 dici non possunt. **S**i meo es animo: recōcilianda est nobis
 gratia: tantūque in futura fide firmamētī collocandū: quātū
 si fuisset ante hac: hæc cōtrouersia non intercurrisset. Id ut
 uelis te unice obsecro ego me uelle facturūque testor ois su-
 peros. **E**x Mediolano. viij. Kalēdas Quintilis.

Synonyma recōciliandæ gratiæ.

Reconciliet inter nos immortalis gratia.

Post superius odium nouissimum hoc recōciliet nos per-
 fecta gratia.

Fiat reconciliatio inter nos gratiæ: quæ deleat e mētibus
 nostris odium omne.

Subeat nos tanta pietas ut reconcilietur inter nos gratia:
 nec unquā amplius dirimat.

Qui sapiūt: nō semel: at sæpius recōciliant gratiā.

Cuius fuerint superiorū inimicitiarū causæ: nō quæram⁹:
 gratiā inter nos æternā recōciliemus.

Absit a nobis ois furor: gratia sit pennis recōciliata.

Nihil plus appeto quā inter nos recōciliari gratiā.

Vt est crebrius odium execrādum: sic assiduæ gratiæ re-
 cōciliatio quærenda.

Nemo bon⁹ diffugit unquā gratiæ recōciliandæ cōditionē.

Reconciliatio gratiæ bonas indicat mentes.

A recōcilianda gratia nō abhorrent: nisi mali.

Fiat in nostra grā recōcilianda fœdus omne atque pactū: quo
 manifesto cognoscat ipsam nunquā dissolui posse.

Quis
to qu
ra tam
causa
delicta
intelligi
publica
nec ab
seofaci
diolam

Posse
rimū
hac a
fit ut
uelim
nō hō
mittite

Laudo
de Aris
(nec ei
simile
rent;
illos ill
tes in
cuius
in lafe
ria fe
tame
cum ip
retur u
precept